2522

Beatissime Pater (Clemens VIII)

Leonardus Gentner pastor Bibracensis, et Bartholomaeus Ruothart pastor Luitkirchensis, alumni quondam Sanctae Sedis Apostolicae in Seminario Dilingano, cum animarum curam gerant in oppidis maxima ex parte Lutherana haeresi infectis, experimento didicerunt, se non posse haereticos ad fidem Catholicam reducere, neque catholicos in eadem fide confirmare, nisi pro concione haereticorum errores et imposturas ex libris eorumdem palam ostendant et refutent. Ideo humiliter supplicant Sanctitati vestrae, ut dignetur eis facultatem concedere libros haereticorum tenendi et legendi. Quam Deus...

Rector collegii Constantiensis, Jesuita, et alius quidam Jesui=ta, in literis ad Card.Bellarminum datis testantur, duos supra no=minatos Parochos esse viros insigniter doctos et pios, et hac fa=cultate valde indigere.

Arch.Vat.Gesuit. 19 fol.10. Brouillon autogr.